Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ad marie gl'iam. Qui sedes ad dexteram pris miserere nb. Qm tu solus scs. Mariam sanctificans. Tu solus dominus. Maria gubnans. Tu solus altissimus ihu xpe. Mariam coronans. ihesu christe. Cum scō spū in gloria dei patris Amen.

Simbolum niceanum contra arrium cōpositū.

Credo in unū deū. Patrem omnipotentem factorem celi et terre visibiliū omniū et invisibilium Et in unum dominum ihesum xpm filium dei unigenitū. Et ex pre natum ante oia secula. deum de deo. lumen de lumine. deum verum de deo vero. genitū non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sūt. Qui propter nos homines et ppt nram salutem descendit de celis. et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factus e. Crucifixus etiam pro nob sub pontio pylato passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secundū scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum ventturus est cum gl'ia iudicare vivos et mortuos. cuius regni nō erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem. qui ex patre filioq; procedit. qui cum pre et filio simul adoratur et conglorificatur. qui locutus est per prophetas. Et unam scam katholicam et aplicam ecclesiam. Confiteor unū baptisma in remissionem peccatorū. Et expecto resurrectionem mortuorum. et vitam venturi seculi Amen.